Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ihesus

tibi. Ille autem noluit sed abiit
et misit eum in carcerem donec re
deret debitum. Videntes autem
conserui eius que fiebant contris
tati sunt valde. Et uenerunt et
narrauerunt domino suo omnia q
facta fuerunt. Tunc uocauit il
lum dominus suus et ait illi. Ser
ue nequam omne debitum dimi
si tibi quoniam rogasti me. Non
ne ergo oportuit et te misereri
conserui tui sicut et ego tui mi
seritus sum. Et iratus dominus
eius dedit eum tortoribus quo
adusque redderet uniuersum debi
tum. Sic et pater meus celestis
faciet uobis si non dimiseritis
unusquisque fratri suo de cordibus
Et factum est cum con
summasset. XIX
Ihesus sermones istos
migrauit a galilea et uenit in
fines iudee transiordanem et se
cute sunt eum turbe multe et
curauit eos ibi. Et accesserunt
ad eum pharisei temptantes eum
et dicentes. Si licet homini dimit
tere uxorem suam quacumque ex
causa. Qui respondens ait eis.
Non legistis quia qui fecit hom
nes abinitio masculum et fem
inam fecit eos et dixit. Propter hoc
dimittet homo patrem et matrem
et adherebit uxori suae et erunt
duo in carne una. Itaque iam non
sunt duo sed una caro. Quod
ergo deus coniunxit homo non sepa
ret. Dicunt illi. Quid ergo mo
ysses mandauit nobis dare li
bellum repudii et dimittere. Ait
illis. Quoniam moyses ad dure
ciam cordis uestri permisit uobis
dimittere uxores uestras. ab initio
autem non fuit. Dico autem
uobis quia quicumque dimiserit
uxorem suam nisi ob causam for
nicationis et aliam duxerit me
chatur. Et qui dimissam duxe
rit mechatur. Dicunt ei disci
puli eius. Si ita est causa hom
inis cum uxore non expedit nube
Qui dixit. Non omnes capiunt
uerbum istud. Sed quibus datum
est. Sunt enim eunuchi qui de ma
tris utero sic nati sunt et sunt
eunuchi qui se ipsos castrauerunt
propter regnum celorum. Qui po
tapere capiat. Tunc oblati sunt
ei parauli ut manus eis impo
neret et oraret. Discipuli autem
eius increpabant eos. Ihesus
autem ait eis. Sinite paulos ue
nire ad me et nolite eos prohi
bere. Talium est enim regnum
celorum. Et cum imposuisset
eis manus abiit inde. Et ecce
unus accedens ait illi. Magis
tre quid bonum faciam ut habeam
uitam eternam. Qui dixit ei.
Quid me interrogas de bono.
Unus est bonus deus. Si autem
uis ad uitam introire serua man
data. Dicit illi. Que. Ihesus
autem dixit. Non homicidium fa
ciues. Non adulterabis. Non
furtum faciues. Non falsum tes

206